



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 74. Caput IV. De Episcoporum jure corrigendi Clericos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. rationem concessiones, ac privilegia a  
A.C. 1551. Pontificibus data nunquam generalibus  
 vocibus comprehendantur, nisi saltem  
 illorum distincta, ac specialis fiat men-  
 tio. Nihilominus ob virium imbecilli-  
 tatem aquieverunt, spe freti, se pro-  
 gressu temporis ampliora impetraturos.

## §. LXXIII.

## CAPUT III.

*De Clericis ab alieno Episcopo ad  
Ordines promotis.*

„Episcopus suos Clericos, præsertim  
 „in sacris constitutos, absque suo  
 „præcedenti examine, & commenda-  
 „titiis literis, quacunque auctoritate  
 „promotos, licet tanquam habiles ab  
 „eo, a quo ordinati sunt, probatos,  
 „quos tamen ad divina officia celebra-  
 „nda, seu Ecclesiastica Sacramenta mi-  
 „nistranda minus idoneos, & capaces  
 „repererit, a susceptorum Ordinum  
 „exercitio ad tempus, de quo ei vi-  
 „debitur, suspendere, & illis, ne inal-  
 „tari, aut aliquo Ordine ministrent,  
 „interdicere possit.

## §. LXXIV.

## CAPUT IV.

*De Episcoporum jure corrigendi Cle-  
ricos.*

„Omnes



„Omnes Ecclesiarum Prælati, qui Sæc XVI.  
A.C. 1551.  
 „ad corrigendos subditorum ex-  
 „cessus diligenter intendere debent, &  
 „a quibus nullus Clericus per hujus  
 „Sanctæ Synodi statuta, cujusvis pri-  
 „vilegii prætextu, tutus censetur, quo  
 „minus juxta Canonicas Sanctiones vi-  
 „sitari, puniri, & corrigi possit; si in  
 „Ecclesiis suis resederint, quoscunque  
 „sæculares Clericos, qualitercunque  
 „exemptos, qui alias suæ jurisdictioni  
 „subessent, de eorum excessibus, cri-  
 „minibus, & delictis, quoties, & quan-  
 „do opus fuerit, etiam extra visitatio-  
 „nem, tanquam ad hoc Apostolicæ Se-  
 „dis delegati, corrigendi, & castigan-  
 „di facultatem habeant, quibuscunque  
 „exemptionibus, declarationibus, con-  
 „suetudinibus, Sententiis, juramentis,  
 „concordiis, quæ suos tantum obligent  
 „auctores, ipsis Clericis, ac eorum  
 „consanguineis, capellanis, familiari-  
 „bus, procuratoribus, & aliis quibus-  
 „libet, ipsorum exemptorum contem-  
 „platione, & intuitu, minime suffra-  
 „gantibus.

Eandem quoque potestatem Gallia-  
 rum Reges in omnibus, quæ discipli-  
 nam, ac correctionem tangunt, attri-  
 buunt Episcopis, omnesque Superio-  
 rum sententiæ semper executioni man-  
 dantur, atque appellationes nunquam  
 sunt,



Sæcul. XVI.  
A.C. 1551.

funt, ut vocant, suspensivæ, sed devolutivæ, eoquod absque hoc remedio Clericorum corruptelæ in Francia corrigi haud possent. Porro disciplinæ, ac correctionis causæ vocantur illæ, quæ in personalibus consistunt accusationibus, ubi agitur de præpediundo scandalo, quod immineret Ecclesiæ, si res in pristino statu relinqueretur, sicuti fieri solet, quando necessitas cogit, ut quidam Sacerdos publice impius a Missæ celebratione arceatur, tunc id prompte fieri oportet, ne scandali periculum eveniat: si vero obtineat sententia definitiva, illius executio differtur appellatione, sicut si ejusmodi Sacerdos damnaretur ad triremes. Ceterum ante hanc Synodum Episcopis manus erant quasi ligatæ; cum enim Clericum castigare vellent, ab Episcoporum sententia appellabatur, eaque provocatio *suspensivum*, ut vocant, operabatur effectum. Ergo Synodus Episcopis liberas agendi manus concessit.

§. LXXV.

CAPUT V.

*De literis conservatoriis, ac Conservatorum juribus.*

„Cum nonnulli, qui sub prætextu,  
„ quod super bonis, & rebus, ac  
„juri-